



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CLI. De Morte quorundam infidelium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. CL.

Bellofratrum de Redino & destructio-
nec civitatis ibidem.

Nullo posset ad plenum scribere vel dictare, quanta Fratres & Burgienses de Redino infra secundam apastasiam passi sunt pro defensione fidei Christianæ à Pruthenis, quia per illum locum quasi continuè fuit introitus & exitus ipsorum ad terram Colmensem. Referunt quidam, quod civitas de Redino duabus vicibus fuerit expugnata, captique & occisi, quicunque reperti fuerant homines ibidem.

CAP. CLI.

Morte quorundam infidelium.

DE Redino quidam & Martinus de Golin equitantes in solitu-
dine ad videndum, si aliquid à casu occurreret eis, incæpe-
runt in via errare, & in illo errore de tribus Viris Pruthenis oc-
currentibus eis duos occiderunt, tertium ut eos ad viam rectam
duceret conservantes, qui duxit eos in terram inimicorum, cu-
jus dolum dum viderent, occiderunt eum, & cum festinatione
recedentes, à quinque Pruthenis equitibus ipsos sequentibus
comprehensi sunt & ligati, commissique custodiæ duorum.
Sed tres Prutheni alii eqvum illius fratrī, qui effugerat, sunt se-
cuti. Quo facto, dum isti duo Martinum ligatum vellent e-
vaginato gladio decollare, ipse svasit eis, ut prius ei vestes exue-
rent, ne sangvine macularentur, cui consentientes, dum Brachia
Mar-

Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ordinis Temt.

Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Prov. in Prussia.

Martini solvissent, ipse erecto gladio ambos interfecit, & soluto fratre illo à vinculis, ambo processerunt contra tres alias & eos etiam peremerunt, & extunc ad castrum de Redino sine deviatione aliqua sunt reversi.

CAP. CLII,

Item de Martino de Golin, & bello ipsius mirabili.

HOC ETIAM TEMPORE XX. PRUHENI POLONIAM DEPRÆDATI SUNT DE MANDATO FRATRUM DE REDINO. MARTINUS DE GOLIN PRÆDISTUS CUM XVII. SOCIIS SEQUEBATUR. QUI PRUHENI REVERSI DE POLONIA INVENERUNT CUSTODES MARTINI DORMIENTES, & OCCISO UNO ALIUM POSTQUAM NUMERUM SOCIORUM EJUS & LOCUM UBI ESSENT INDICASSET AD ARBOREM LIGAVERUNT. QUO FACTO IRRUERUNT IN EOS HOSTILITER, MARTINO & SOCIIS SUIS VIRILITER SE DEFENDENTIBUS EX ADVERSO; MULTI SUNT EX UTRAQUE PARTE GRAVITER VULNERATI. QUOD CUM VIDERET QUIDAM SOCIUS MARTINI, QUI NUDUS FLUVIUM VICINUM AD CAPIENDUM CANCROS TRANSNATAVIT, REVERSTIS ARRIPUIT GLADIUS & CLYPEUM CUJUSDAM INTERFECIT, NUDUS INTRAVIT PUGNAM, QUI HORRIBILITER SECTUS & VULNERATUS ABEIS, ITA QUOD IN PLURIBUS LOCIS MAGNA FRUSTA DE SUO CORPORE DEPENDEBAVIT, ADEO FUIT INTER EOS DURUM BELLUM, QUOD, FATIGATI UTRAQUE PARTE VOLUNTARIÆ CONSENTIENTE OMNIBUS VICIBUS QUIEVERUNT, & TOTIES NOVAM PUGNAM RESUMPTIS VIRIBUS SUNT AGGRESSI. TANDEM CUM JAM OMNES CHRISTIANI & PRUHENI ESSENT MORTUI,ILLE CUSTOS, QUI LIGATUS FUIT AD ARBOREM SOLUTUS A VINCULIS VENIT AD LOCUM CERTAMINIS, & SOLUM MARTINUM SEMIVIVUM INVENIT, QUEM POSITUM SUPER VEHICULUM EQUOS, ARMA, & RES ALIAS PRUHENORUM SECUM DUXIT IN REDINUM.

CAP.

